

ta impostaione datoli dal principe; poi feceno proyision di mandar a la Tarvisa, loco vicino a li nostri confini, 300 fanti, con fama di guardar quel passo. Et haveano comandamento ne la Tarvisa, Plaiper et a Borgetto, che ogniuono habbi in casa preparati ad instantia di quelli regenti verlini 5 di biave, che sono a la misura venetiana stara 4 in zerca; et in caxa de li regenti si facea tuttavia provision di gran, et che la persona del signor archiduca era a Linz, terra sopra il Danubio.

13¹⁾ *Caroli Caesaris ad Ispanos, de eius discessu.*

Oratio.

Video, viri hyspani, quam solliciti sitis, quam egre feratis me hanc expeditionem atque hinc abitionem moliri: ut non solum de vestra, sed etiam mea salute timere videamini, dubitatisque (ut audio) id, quod maxime evenire s'let, ut, cum primum a vobis longe discessero, inter vos bella et dissensiones orientur; aut aliquis forsan hostis regnum hoc vacuum aggrediatur et armis op̄ primere tentetur. Cogitatisque de me, quod ego, qui tot maria emensurus sim, tot aditurus hostes, ac in diversa orbis parte inter potentissimos hostes, ne aliquod periculum subeam, aliquod detrimentum, aliquam calamitatem patiar. Grata profecto et jocunda est haec de me sollicitudo vestra, gratum studium tam meae salutis conservandi quam vestrae. Et ultinam possem sine aliqua mea ignominia et nota continue apud vos esse, profecto id libentissime facerem, tantus enim meus in vos amor est, tam grata consuetudo, tam magnum istius provintiae desiderium! Sed cogitate etiam, viri praestantissimi, quod et dignitati meae studendum est, ut eam quam suscepi imperatoris personam cum dignitate, ut hactenus feci, tutar atque defendam; faciam etiam si omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque mihi sustinendi forent. Deponete igitur, viri hispani, per deos immortales, deponete hanc animi egritudinem, nam ex meis laboribus vigiliisque vobis quietem ac tranquilitatem et reipublicae cristianae salutem dignitatemque, procul dubio, sum paraturus. Nam si omnia consilia et necessitudines, quae me nunc in Italiam ire cogunt, vobis aperiar, non vereor quin hanc meam expeditionem probaturi sitis, cogitabitisque quod ego qui totiens meis armis tot ho-

stes, tot reges, tot nationes, tot gentes conspirantes in me unum fundi, fugavi, atque superavi, qui potentes reges captivos duxi, urbes opulentissimas subegi, alias vi co*p*i, terra marique plurimas victorias habui, intestinas dissensiones in hac provintia in hoc regno furentes compressi, vosque ex caede miserrima coniuges et liberos vestros, templa ac delubra omnium nostrum ex acerbissima vexatione liberavi eduxique, nunc etiam de vestra salute 13* cogitare et providere, ut optime providi, ne quod detrimenti, me absente, patiamini, cupioque vos liberosque vestros conservare itemque defendere. De me autem obsecro timere desinite, nam Deum immortalem mihi propitium esse confido, si injuste neminem lesi, nullum violandi et nisi laccessitus contra aliquem arma sumpsi, si omnia mea consilia omnes cogitationes semper ad Deum retuli; sed si adversi quidquid mihi obtigerit, aequo animo paratoque patear. Nolite inquam cogitare, viri optimi, quod ego sim tam ferreus qui lachrimis amantissimae uxoris non movear, qui dulcissimi filioli mei amplexus non recorder, qui vestrorum omnium preces non audiam, ac totius provinciae moerorem non intelligam. Haec atque alia continue ante oculos versantur, et moveor hisce rebus ita tamen, ut utilitati meae et comuni cristianae reipublicae utilitali studeam. Quare, viri praestantissimi, parcite jam lachrimis et moerorem deponite, circumspiciteque quantae reipublicae christianae incumbunt proceliae et tempestates, nisi ego providero. Non enim solum de statu meo, sed de religione, deque plurimorum salute cogitandum est atque providendum, ut meo labore, consiliis, opibusque afflictam et miseram Italiam in primis sublevem, pacem inter principes cristianos, si fieri poterit, componam, furorem maledictum ac libidines multorum, qui mihi detrahunt et honori meo, reprimam; meque et mea omnia, nisi per meam in Italiam profectionem, ut statim vobis ostendam, fieri non possunt. Tria igitur sunt maxima quae me impellunt et necessitate cogunt ut proficiscar in Italiam: ardor religionis tuendae, desiderium Clementis et magnanimitate in affliet urbibus vivendis honoris et dignitatis meae conservandae cupido, sed ad labores et vigilias et comunem utilitatem esse presentem. Nec propterea me, a Deo optimo maximo ad tantum imperium evectum ut religionem negligam ac mores hominum, qui jamdiu collapsi iacent, non instaurem. Videlis enim quotidie ut religio christiana minuitur, ut leges ab antiquis patribus traditae coeteraque virtutes pro 14. nihilo habeantur, multi nostrae religionis principes

(1) La carta 12¹ è bianca.